



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||  
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt XIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

indè discedendi quærat occasionem, nihil esse opus in  
giuersatione: abeat quamprimum: Romanorum regi  
etiam sine illo hostibus occursum. Comes vbi audiuit  
regis animo profundius, ac putaret, petitionem sua  
in sedisse, prouolutus pedibus eius, veniam postulauit, si  
se contendere testatus contra regis voluntatem.

## CAPUT XIX.

**H**ostes vbi audiuerent regem esse in obsidione Bo-  
naci, transmisso cum copijs Rheno, apud Aldo-  
nacum in eum ducunt: quæ verò media fuere, omni-  
perustant: & spolijs onustum militem iterum ira-  
uissere Rhenum: vt in tuto loco præda collocata, con-  
tenderent ad plura conquirenda. Interim verò Ho-  
manni Sueuorum ducis germanus, & Conradus cogni-  
mento Sapiens, qui erant partium regis, & ipsi expedi-  
tis copijs tendebant ad regem: non tamen pares Gis-  
berto vires habebant in armis, vt acie illi opponere con-  
tenderent: sed ponè legentes iter, sequebantur eu-  
stantes, siquando occasionem inuadendi nanciscen-  
tur. Obuium habuere sacerdotem tristi vultu: qua-  
sciscitati vnde veniret, quidve mæstus esset? Ab iſſis, n-  
quit, qui præcedunt prædonibus vnicum paupertatis mo-  
solatum, ademptum est iumentum. Interrogatus si de-  
cem Giselbertum, & Euerhardum comitem vidisse.  
Respondit illos magnam à se iam suorum manum con-  
præda dimisisse: ipſos verò, quod male ē ipſis vertat, in  
reficiendis corporibus cum paruo comitatu in villa no-  
longinqua considere. Re comperta, Vto & Coradas al-  
loquuti milites, arma expediunt: improviſi irruunt  
imparatos. Euerhardus occiditur: multiq; cum illo ca-  
dunt: capiuntur aliquot. Ipſe Giselbertus dux equo que-  
ctus, & quod se vertat incertus, in affluentē Rhenu, eq-  
robore j  
Ità pau  
Cuius re  
de more  
genibus  
calites,  
moniti  
ecclesiast  
Gallici  
tum. A  
hostium  
pare cor  
ricum C  
regibus  
Non eff  
itaque  
sos tra  
illi, vini  
euastati  
selberti  
Ottoni  
in Saxi  
compon  
suam p  
Ottone  
ne gra  
occisa  
Arbitr  
cum iu  
se. Fa  
de: ve  
nudan  
robust

robore fissus, se immittit: ibi raptus vnde vortice, perit.  
Ita paucorum sanguine regi Ro. magna constituit victoria.  
Cuius rei nuncium ut Ottoni perferebatur, iter tenebat  
de more suo ad ecclesiam. Mox audiens equo desilijt: &  
genibus prouolutus, suscepit in celum: O summi, inquit,  
cetes, quam iuste noxa vindices estis: Discite iustitiam  
moniti mortales: Et iterum iumentum descendens, ad  
ecclesiam properauit. Veruntamen aliquanto diuersius  
Gallici scriptores rem enarrant, ad eundem tamen exti-  
tum. Aliunt regem Francie Ludouicum fuisse in parte  
hostium, & obnissum regi Ro. quod Lotharingiam occu-  
pare contederet, quae semper Gallici iuris extitisset: He-  
ricum Ottonis patrem, Saxonie dominatu donatum ab  
regibus, praecepit Carolo tum puer, Ludouici patre:  
Non esse permisum Saxonibus aliquid ultra Rhenum:  
itaque omnes qui in Lotharingia fauebant Ottom, pul-  
los trans Rhenum. Hanc iniuriam Ottom, vt ferunt  
illi, vindicaturum, copias in Lotharingiam traduxisse:  
euastataq; prouincia, cum magna preda reuertisse. Gi-  
selbertus, vt ferunt, regis sui auctus viribus, cum vicem  
Ottoni reddere constituisset, agmina sua & ille vici sim  
in Saxoniam trahiebat: Et iam multis rebus in pradam  
comportatis, cum in eo essent occupati Lotharingi, vt in  
suam prouinciam omnia trans Rhenum traherent,  
Ottom cum suis superuenisse copys, & initio certami-  
ne, grauissime ferunt praelatū, maiori parte Saxonum  
occisa: cum etiam Gallici generis plurimi cecidissent.  
Arbitratum Giselberium hosti prouenisse victoriam, se  
cum iumento credidisse profluent Rheno, & ita perire  
se. Fauet quisque genti sua, & illi studet condecoran-  
da: verum historiarum vera lex est, veritatem efferre  
nudam sine discrimine partium.